



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV


XVIII. Novembris. S. Oddo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SODDO, Abbonis nobilis Franci filius adhuc adolescens Ecclesie Turonensis Canonicus cum esset, illud Apostoli apud se repetens: *Si quis ignorat, ignorabitur*, literarum scientiam viro Ecclesiastico dignam cum pietate coniunxit. Virgilium poetam aliquando dum parat legere, somno oppressus vidit quasi vas in signe, sed serpentibus plenum sibi sitienti offerri: quo visu perterritus in posterum sacris literis se totum dedit. Deinde suis in pauperes distributis in solitudinem secessit, ubi per triennium, diem in lectione sacra, noctem ferè in oratione posuit. Victus illi quotidianus, panis semi libra cum fabis paucis: lectus storea humi strata: quæ sensuum incuria & nuditate spontanea locuples muneribus vndiq; oblati abstinuit. Postea in Monasterio Gigniacensi S. Bernone Abbate vitam Monasticam seriò egit. Inuitus, & præ humilitate sacerdotio initiari, ac deinceps Abbas esse cogitur. Sollicitudini, puritati, devotioni suorum in DEI Laudibus nocturnis diurnisq;, orationi, & silentio præcipuè cauit, ita vt verborum vice signis necessaria loquerentur. Interim sibi parcus, omnia quæ Monachis Regula permittit abundè suppeditabat. His accessit apparitio crebra SS. MARTINI Turonensis, & P. N. BENEDICTI, è quorum exemplo & patrocinio vnicè pendebat, qui ODDONEM, & illi obsequentes fauoribus, negligentes vindicta cælitus prosequabantur. Deniq; in principum dissidijs componendis, Ecclesiis pacem restituendis, Monasteriis reformandis cum consenuisset, Romæ ex febris moribundus, mortis inducias impetrauit, donec Turones reuersus, S. Martini solennitatem celebrasset: tunc febris redeunte sanctis Ecclesie sacramentis munitus inter suas Fratrumq; preces

animam Deo reddidit XIV. Cal. Dec. circiter A. C.

CMXL. *Ex vita prolixiore ap. Sur.*





S. ODO ABBAS CLUNIACENSIS.
*Canonia odo, Abbas. vnus hys mille reformat;
 Praescribens sacris artia statuta vni.*

Tuto.
 i agn.
 ietate.
 pressu
 su per.
 s distri.
 modem
 ois pau.
 a locut
 censu s.
 tate Sa.
 , deuo.
 praci.
 im sibi
 His ac.
 e quo.
 quentes
 ncipum
 mandis
 erravit,
 ri rede.
 ces

Cor
 S
 p
 p
 d
 C
 a
 V
 r
 c
 c
 c
 l
 e
 g
 i
 a
 t
 l
 u
 d
 a
 r
 o
 n
 o
 p
 o
 n
 i
 u
 m

ODO

002

V 2

XXI.NO-